



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

23. Martij. Expedi nihil differre in crastinum, quod hodie præstare possis.
S. Ignat. apud Bartol. l. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

magistrum. Deo authore, sequere. S. Ignat. ap. Nigron. de nec. spir. cap. 5. §. 75.

Sicut eum à vidente regi, cur difficile est baculum sequi, si hunc in nostri regimini Deus, totus oculus regat? nisi minor auctoritas nos Dei quàm pueri apud cæcum auctoritas sit, cui se promptè confidit.

Obedientia magna virtus est, sed tantum non foret, nisi pretiosissimam sui partem iudicium homo per illam Deo immolare imò suum pro divino commutaret.

Et imperantis vilitate obedientiæ accipit scit pretium, tantumque huic additur quantum minor eum commendat auctoritas, cui paretur. Hic enim & intentio prior, & fides esse solidior convincitur.

Illud obtinet obediens, quod soli Deo est singulare: non posse errare. Vicaria divinæ sapientiæ obedientia est, par utriusque infallibilitas.

23. Martii.

Expedi nihil differre in crastinum, quod hodie prestare possis. S. Ignat. apud Balth. tol. l. 4.

Quâ Philippo arte magni nomen accrevit, nihil in crastinum differendo

quod hodie agi poterat, ea lex debet esse Christiano, cui nemo crastinum polliceatur.

Non amat tarda molimina Spiritûs Sancti gratia, in iis maximè, quæ laudari non possunt, nisi confecta. Geminat operis pretium, qui executioni addit celeritatem.

Quoties nocuit distulisse! quæ in aliam diem rejecta penitus emanferunt. Turpis vecordia, luenda multis totâ æternitate, nec satis eluenda.

Opus bonum dilatione corrumpitur: differre quippe, ut nolentis, ita nauseantis est. Virtutis exercitio quantum accedit moræ, tantum decedit laudis. Nullum proposita sanctum effecerunt.

24. Martii.

Longè melius est obtinere unicum granum alicujus boni cum securitate, quàm centum cum periculo salutis. S. Ignat. ap. Barr. l. 4. §. 35.

Nemo prudens se perdit, ut alium lucretur; sicut nec medicus infirmatur, ut alium curet. Omnia infra salutem propriam habenda.

Quantò thesaurus est pretiosior, tantò
ma